

moenia lateritia Athenarum diruenda esse & substituenda lignea, valdè utiq; fuisset deceptus: muri enim lignei nomine, naves intelliguntur, quarum iustructa classis firmissimi instar muri Atheniensibus sit futura.

Sic, quis si vel *Aegeriam* consultum eat, sciet, quid hac oratione sibi voluerit oraculum Delphicum κρη̃ισθ̃ Ἄλῶν διαβάς μεγάλην δύναμιν κατὰλύσει. *Cræsus* ita intellexit, ac si ipse perversurus sit, ac attriturus aliorum Regna, sed contrarium est expertus. *Herodotus lib. qui Clio inscriptus, Xenophont. lib. 7. Cyri Pæd. Justinus lib. 2.*

Simili modo *Philippus* Macedo *Pythiam* de eventu belli consulebat, quæ respondit:

*Ecce coronatum est, qui taurum mactet ad aras.*

Quod *Philippus* ad *Persarum* Regem retulit, quem se victimæ instar mactaturum sperabat, nescius seipsum esse hanc victimam mactandam.

Apud